

9088 L. Silicio L. f. Claud. Satur|nino mil. leg. III Aug. 7 | Iuli Liguris, vixit an. XL, | militavit an. XVIII, defunctus in pugna sub Lu|cilio centurione inter | Aras et Vatari¹, | Rerriche Rustici Romani f., | Silicius L. fil. Felix matri et | fratri de sua inp.² fecit.

Lepti minore rep. (VIII 22899 Gauckler bull. du comité 1897 p. 380; vidit Merlin). — 1) Locus Numidiae memoratus in tabula Peutingerana cf. supra N. 5836 not. Arae in ea regione non notae. — 2) Inpensa.

9089 (corona laurea; protome) Sex. Sulpicius Sex. f. | Quir. Senilis mil. leg. | III Aug. 7 Caesoni, benef. | Tetti Iuliani¹ et Iavoleni | Prisci² leg. Aug., v. a. XXV, | mil. ann. VI, h. s. e. | M. Aurelius Candidus | 7 leg. III Aug. heres eius | posuit.

Theveste rep. a. 1908 (Piganiol mël. de l'École fr. de Rome 28, 1908 p. 342 imaginem). — 1) Tettius Iulianus consul suffectus fuit a. 83 (cf. supra N. 1996 not. 4), legatus exercitus Africani putandus est fuisse paullo antea. — 2) De Iavoleno Prisco cf. supra N. 1015. Legatus exercitus Africani fuit a. 83, teste titulo Thigensi VIII 23165, munus hoc memorat etiam titulus Dalmaticus citatus.

9090 Q. Euvius Sex. f. | Vol. Capreolus¹ | domo Vienna | miles leg. III Scyt. ann. IIII, | eques ann. X, cent. ann. XXI, | praef. coh. II Thrac. in Germ. | ann. V, vixit ann. LX², t. f. i. | arbitrato | libertor. idemque heredum | vivi fec. patrono et sibi, | Ilus IIIIIvir, Erigonus, | Secundus, Illyricus, | Heracla.

Aquileiae in ruderibus mausolei rep. (Graillet Revue arch. 39, 1901 p. 436). — 1) Alius homo eiusdem nominis, sed tribu Tromentina, Salonitanus, III S. 9052. — 2) Apparet Capreolum militem factum esse, cum esset annorum viginti.

9091 d. m. | Aur. Vitalis veter. ex | mensore tritici¹ | leg. VII Cl. et Aurel. | Macedonia coniux | memoria vivi fabrikabimus | et, quod nescientes | accepimus, inviti reddidimus. | Tanta². (ab utraque parte: Genius).

Viminacii (Kostolac) rep., est Požarevac (Vulić oesterr. Jahresh. 12, 1909 Beibl. p. 154 imaginem). — 1) Cf. supra N. 2423. — 2) Cf. N. 8105.

9092^a d. m. | Paulinae filiae | anno XII etati (sic) | infelicissime, Qu|ietius Secun|dus lib.¹ legati | et Secundinia | Paulo patres | f. c.

9092^b Secundinae | Paule, coniugi | incomparabili | et pietissime, | marito obse|quentissima (sic), | Quietius Sec|undus b. f.² | legati.

Mogontiaci rep. a. 1898 (XIII 7003. 7004 vidit Domaszewski). — 1) Librarius, 2) beneficiarius.